



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Militarivm Ordinvm Origines, Statvta, Symbola, Et Insignia, Iconibus, additis genuinis

Mennens, Frans

Maceratae, 1623

Ordo Eqvitvm Gladii & Balthei militaris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10718

ORDO EQVITVM GLADII & Balthei militaris.



Collave E. quicū Gladij.

Epist. 76.

ALter in Suecia militaris ordo pro tessera gladios aureos, militari baltheo inter se coniunctos, & acie sanguinea commicantes, (quod iustitiæ, & militaris gloriæ, quibus regna fulciuntur, insigne est) prætendit. Seneca enim gladium bonum esse dicit, non cui deauratus est baltheus, nec cui vagina gemmis distinguitur; sed cui ad secandum subtilis acies, & micro-munimentum omne rupturus. Et vel ad consummatam politiam hæc duo requiruntur, Calamus & gladius, pura deliberandis rebus consilium & literæ; exequend s autem gladius. Insignia autem quæ gladiferi huius ordinis symbolo condecorantur, in clypeo aureo umbonem fuluo leone rubescentem, circum circâ tres coronas regias, &

totidem campanulas rubeas; in galea verò coronam muratim argenteam, cristis seu plumis viridis coloris respersam binosque supra gallos rubeos in vexillis argenteis decussatim positos, præferunt. Quæ præclara Christianæ militiæ decora, mutata in ijs regionibus Religione, in desuetudinem ferè abierunt.

ORDO EQVITVM Spicæ apud Aremoricos in Britannia Gallicæ Ducatu.

FRANCISCUS I huius nominis Britannicæ Dux, filius Ioannis V. & Ioannis VI. cogomento Conquestoris, primique Ducatus Britannici, in familia Montfor-